per ipsam praefatam Conscientiam suam ac eius successores hoc eodem iure praemissorum cum universis haereditatis et praerogativis summam antedictam cum suis utilitatibus, emolumentis, tenendi habendi pacificeque et quiete utifruendi, cum plenaria facultate summam eandem tollendi, levandi, percipiendi, de levata et percepta quietandi, ac pro eadem si non fuerit soluta iure agendi, praemissaque tanquam sua propria, in suos et suorum successorum beneplacitos quosvis usus libere convertendi, vigore inscriptionis praedictae originalis, ad praemissa sibi servientis, praesens cessit et transfudit

Zgorskiey advitalitas per maritum inscripta

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Albertus Zgorski sanus mente et corpore existens; a Terris districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo; huic autem Castrensi Premisliensi iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus, quoad actum subscriptum alteret totaliter et plenarie incorporando subiiciensque: palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Dorotheae de Pleszowice Fredrowna consorti suae legitimae, bonorum omnium suorum haereditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium, summarumque pecuniariarum nunc habitarum et in posterum habendarum (exceptis summis infrascriptis; prima videlicet Sex Millium florenorum pecuniae Polonicalis, per se recognoscentem Nobili Andreae Zgorski filio suo cum olim Nobili Hedwige Gostkowska prioris matrimonii consorte sua progenito, nec non in auro, argento, vestibus, vestimentis suis propriis in regestro manu sua propria subscripto contentis; summa Duorum Millium florenorum pecuniae Polonicalis: Altera vero Quatuor Millium florenorum pecuniae Polonicalis itidem per se recognoscentem Nobili Seberino

rino

rino filio suo cum eadem olim priore consorte sua suscepto; tum in auro argento clenodiis quibusdam, vestibus vestimentis, morte praefatae olim consortis suae derelictis ac regestro certo, sui recognoscentis manu propria subscripto specificatis, et in scriniis quibusdam seorsive conservatis; summa Duorum Millium florenorum Polonicalium, simul et semel una eademque inscriptione Actis Terrestribus Premisliensibus inscriptis, quae sub onus inscribendas praedictae cadere non debent) nec non auri, argenti, clenodiorum, vestium, pecorum, pecudum, Equirerum, totiusque supellectilis domesticae, nunc habitae et in posterum habendae, ad vitae eius tempora, advitalitatem et ususfructum inscribit et concedit, tali videlicet modo: Quod si prius praefatum recognoscentem Nobilem Albertum Zgorski, quam ipsam Nobilem Dorotheam Fredrowna coniugem eius mori contigerit: Extunc praefata consors sua, bona praedicta quaevis omnia haereditaria, obligatoria, Mobilia et immobilia, summasque pecuniarias ac res supellectilis omnes, morte eiusdem recognoscentis derelictas, cum omni commodo iure dominio et proprietate, omnibusque et singulis eorum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, obventionibus, alteriusque et praesentes quaevis universis, nullis penitus exceptis, obtinebit et possidebit, illisque utifructur ad extrema vitae suae tempora: post mortem vero praefatae Nobilis Dorotheae Fredrowna coniugis sui recognoscentis, bona quaevis omnia supra specificata morte praedicti recognoscentis derelicta ad successores eiusdem Nobilis Alberti Zgorski, sine quavis impeditione et contradictione praedictae consortis ipsius Nobilis Dorotheae Fredrowna successorum; totaliter et plenarie devolventur. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Zgorski Iudici Premisliensi recognitionem manualem roborat.